series eandem xpi dispensationem. In quinque mundi aetatibus perfecto
rum facta uel dicta praefigurant. Et ideo quia xpi incarnatio uel sextae aetati
soli futura uel ad impletionem legis erat profutura. Recte sexto mense
concepto iohanne mittitur ad mariam angelus nasciturum nuntiat salua
torem, ut sequens ex ordine lectio demonstrat.

IN MENSE AUTEM SEXTO MISSUS EST ANGELUS GABRIHEL A DO
IN CIUITATEM GALILEE CUI NOMEN NAZARETH. +

I· Decreto angeli priuatis nominibus censentur, ut signetur per uocabula
etiam in operatione quid ualeant. Neque enim in illa sca ciuitate
quam de uisione di omnipotentis plena scientia perficit, idcirco propri
a nomina sortiuntur, ne eorum personae sine nominibus sciri non pos
sint. Sed cum ad nos aliquid ministraturi ueniunt, apud nos etiam
nomina a ministeriis trahunt. Ad mariam ergo uirginem gabrihel mit
titur, qui di fortitudo nominatur. Illum quippe nuntiare ueni
bat. qui ad debellandas aerias potestates humilis apparere dignatus est.
De quo per psalmistam dicitur. Dns fortis et potens. dns potens in proelio.
Et rursum. Dns uirtutum ipse est rex gloriae. Per di ergo fortitu
dinem nuntiandus erat. qui uirtutum dns et potens in proelio contra
II potestates aereas ad bella ueniebat. Mensem autem sextum martium
intellege. cuius uicesimo et quinto die dns nr conceptus traditur
et passus. sicut et uicesimo quinto die mensis decembris natus.
Quod si uel eo die ut nonnulli arbitrantur aequinoctium uernale
et illo sol stitium brumale fieri credamus. Conuenit utique cum
lucis incremento concipi et nasci eum qui inluminat omnem hominem
uenientem in hunc mundum. Et si quis ante dominicae natiuitatis
et conceptionis tempus lucem crescere tenebras superare
conuicerit. Dicimus et nos quia et iohannes tunc ante faciem
aduentus ei regnum caelorum euangelizabat. et nunc quoque
praedicatoribus imperatur. Iter facite ei qui ascendit super occasum.
Curauit iohannes circa aequinoctium autumnale conceptus.

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – [sine loco], codices restituti, Paris, BNF, Baluze 270, f. 124-131 + Paris, BNF, lat. 5288, f. 34-41, ParisBNFBaluze270_274_f129v – Bede's commentary on Luke (https://fragmentarium.ms/view/page/F-s74n/437/6540)